



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXIII. Papst Honorius IV. gestattet dem Convent in Zeiten eines Interdicts
bei verschlossenen Thüren still den Gottesdienst zu feiern, am 28. Juni
1293.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

Bertoldus de vlsen, Cristianus iuxta fontem, Godekinus de Stefowe, henricus de Brome et Heynemannus de Gorcke, Confules veteris ciuitatis Saltwedele, recongnoscimus et in noticiam vniuersalem cupimus tenere presencium deuenire, quod Thidekinus godechalci et Johannes stefow vendiderunt ecclesie et Conuentui sanctimonialium in Arneffe vnum Chorum Siliginis in redditibus annuis, quem habuerunt in molendino Gladegowe, cuius chori pheodum, quod dicitur lenwere, Thidekinus et Johannes predicti seruabunt seu tenebunt ad vsu prefate ecclesie, donec ipsa ecclesia eiusdem chori proprietatem poterit obtinere, tunc vero debent antedictum pheodum resignare, quod eciam eorum heredes, si ad ipsos deuenierit, facere tenebuntur. Huius autem facti nos testes sumus, quod presentibus ciuitatis nostre Sigillo roboratis duximus affirmandum. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXXXI, In circumsione domini.

XXIII. Papsi Honorius IV. gestattet dem Convent, in Zeiten eines Interdicts bei verschlossenen Thüren still den Gottesdienst zu feiern, am 28. Juni 1293.

Honorius episcopus, seruus seruorum dei. Dilectis in Cristo filiabus Priorisse ac Conuentui Monasterii de Arneffe ordinis sancti Benedicti verdenfis dyocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Ea propter, dilecte in Cristo filie, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu auctoritate vobis presencium indulgemus, vt, cum generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis Januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pullatis campanis, nisi forsam causam dederitis interdicto, suppressa voce diuina officia celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Reate, IIII. kalendas Julii, Pontificatus nostri anno Nono.

XXIV. Ablassbrief des Pabstes Honorius IV. für das Kloster, vom 2. August 1293.

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, Vniuersis Cristi fidelibus per Moguntinam prouinciam constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Cristi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum, siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire et eternorum Intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de be-